



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

76. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

De eadem re. *Ex eodem.*

LXXVI. Quicumque propria uxore derelicta, vel absque lege sine causa & certa probatione interfecta, aliam duxerit uxorem, armis depositis, publicam agat pœnitentiam; & si contumax fuerit, comprehendatur à Comite, & ferro vinciatur, & in custodiam mittatur, donec res ad nostram notitiam deducatur. [Vide Hincmar. to. 1. pag. 590.]

Lib. 5. Capitular. c. 149.  
Lib. 2. Leg. Longob. tit. 13. c. 5.  
Burchard. lib. 6. c. 37.

De pugna duorum, quod nostri campum appellant, quod pro imputato adulterio solet exerceri. *Ex epistola Nicolai Papæ ad Karolum Regem.*

LXXVII. Monomachiam verò in lege non assumimus, quam præceptam fuisse non reperimus: quam licet inisse quosdam legerimus, sicut sanctum David & Goliath sacra prodit historia, nusquam tamen ut pro lege teneatur, alicubi divina sancit auctoritas, cum hoc & hujuscemodi sectantes Deum solummodo tentare videantur.

Nicol. I. epist. 50.  
Burchard. lib. 9. c. 51.

De eadem re. *Ex eadem epistola.*

LXXVIII. Verùm, sicut multorum relatu didicimus, Lotharius Rex conventum celebrare disponit, & Thetbirgam Reginam examini proprio & iudicio subicere meditatur, & si quidem eam præstigiis falsitatis suæ potuerit exhibere, quasi non fuerit legitima sua uxor, vult eam penitus à se sequestrare. Sin autem, vult eam tanquam propriam uxorem admittere, sed deinde quasi mœchata fue-

Burchard. lib. 9. c. 50.

Q